



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 30. Quædam Propositiones ab Universitate Andegavensi proscriptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

§. XXX.

Sæc. XVII.
A. C. 1676.*Quædam Propositiones ab Universitate Andegavensi proscriptæ.*

Eadem Andegavensis Academia ex scriptis Patris Palaut propositiones sequentes extraxit, ac censuris perstrinxit, quarum

I. Erat hæc: in Gallia Princeps suam a subditis potestatem accepit,

Censura. Temeraria est hæc propositio, & Regi injuriosa.

II. Lege Principis non tenentur ii, qui extra territorium existunt, licet sint ipsius subditi naturales; quia Principis potestas non diffunditur extra suum Dominatum.

Censura. Hæc propositio in tota sua latitudine falsa est & temeraria, utpote contraria supremæ Regis Authoritati, cum plurimis legibus & edictis parere teneantur ejus subditi, etiam dum in alieno sunt territorio, aliàs sequeretur, quod Galli tuta conscientia possent pro hostibus Regni contra Regem pugnare. Hæ duæ propositiones non censura nostra tantum notandæ sunt, sed Regia Authoritate comprimendæ.

III. Virtus unica est, nimirum charitas.

E 2.

Cen-

Sæc. XVII.

A. C. 1676.

Censura. Unicam virtutem, super-
naturalem scilicet agnoscit, cum con-
tendat charitatem omnem & solam esse
virtutem formaliter & essentialiter, præ-
terquam charitatem contra scripturam,
Patres & omnium theologorum Sen-
tentiam negat, ullam esse in homine
virtutem naturalem, ut ex pluribus
istius Professoris documentis patebit
legenti.

IV. Virtutis status heroicus est, cum
passiones ita sedantur, ut voluntas nul-
lam in bono faciendo difficultatem sen-
tiant, & illius imperio plene ac perfecte
obsequatur positus in statu heroico, ac
perfectæ non censentur esse virtutes, nisi
ex perfectissima, quæ dominatur in ani-
ma charitate, quæ sola essentialiter
est virtus, sed ubi est perfectissima, &
dominatur charitas, ibi nulla saltem
quoad actum & exercitium cupiditas
&c. quod si charitas esset minus per-
fecta, plurimum pati posset consortium
vitiolorum: ita fit enim, ut peccator in-
terdum aliquid boni operetur, interdum
justus concupiscentia illectus ac tenta-
tione victus, male agat.

Censura. Status iste virtutis heroi-
cus, quem describit in statu naturæ
lapsæ & reparatæ sine speciali privile-
gio impossibilis est; justum enim facit
hic viventem sine peccato veniali, cum
dica-

dicat nullum in eo statu esse exercitium Sæc. XVII.
 cupiditatis, & alludere videtur, ad A.C. 1676.
 76. Propositionem Baij. Insuper infi-
 nuat quoddam consortium charitatis
 in homine peccatore manentis cum
 ipso peccato; quod accedit ad propo-
 sitionem 70. Baij, vult enim, quod sicut
 justus ex cupiditate aliquando male
 agit, ita peccator, qui aliquid bonum
 facit, illud ex charitate faciat. Ergo
 sicut cupiditas manet in justo, sic cha-
 ritas maneat in cupiditate.

V. In statu corruptionis nihil est ho-
 mini naturale, sed solum auxilium ei
 supernaturale, quod ipsum ad virtutem
 inclinât . . . cum aliquid a voluntate
 peragitur, id omne ex dominante a-
 more proficiscitur. Hæc amoris im-
 pulsio sive sæpius repetita, sive una sit,
 sed ea vehementissima, habitualement
 relinquit in anima dispositionem, quæ si
 ad bonum inclinet, virtus dicitur, si
 ad malum, vitium appellatur, quia
 vero amor omnis, vel ordinatus est,
 & charitas dicitur, vel inordinatus,
 & cupiditas nuncupatur.

Censura. Falsum & erroneum in-
 ducit principium, quod in natura cor-
 rupta homo nihil boni naturalis ope-
 rari possit, quæ est doctrina Baij in
 propositionibus 29. 26. & 37. Hic ad
 hoc inducit in justo necessitatem boni

Sæc. XVII. sub gratia & in peccatore necessitatem
A. C. 1676. mali sub cupiditate dominante, vult
 enim liberum arbitrium a dominatu
 vel charitatis vel cupiditatis necessi-
 tari, destruitque libertatem.

Ex hac propositione etiam sequitur,
 quod quidquid ab homine lapso fit sine
 gratia, sit peccatum vel mortale, vel ve-
 niale; quod hæreticum judicavit facul-
 tas parisiensis die 27. Junii 1560. Item
 Baij, Jansenii, & Calvinii principium
 stabilit; quidquid fit ab homine lapso,
 vel ex cupiditate vel ex charitate fit,
 quod docet 38. Propositio Baij.

Falso etiam docet, illas tantum pas-
 siones bonas moraliter esse, quæ cha-
 ritate regulantur, hæc propositio om-
 nem in homine peccatore rectam ra-
 tionem esse negat; hinc nullum jus na-
 turale, nullum jus gentium, nullum
 jus civile. Tria enim hæc jura proce-
 dunt a recta ratione naturali etiam
 destituta fide. Denique nullam veri-
 tatis lucem, nullum boni faciendi prin-
 cipium in homine lapso præter chari-
 tatem admittit, quod principium erat
 fundamentale totius philosophiæ Pa-
 tris Lamii a supremo status consistorio
 damnati.

VI. Qui sanitatem quærit, tantum
 modo ut sit sanus, & sibi, ne male sit
 sanitate fruitur.

Cen

Censura. Ex hac propositione sequitur, quod nullus naturalis amor creaturæ sit rectus. Imo quod omnino amor creaturæ peccatum sit mortale, nam frui creatura est peccatum mortale, hæc doctrina æquivalet 17. 23. & 61. propositionibus Baij.

VII. Si, uti contendit S. Augustinus, etiam infidelium opera peccata sunt, cum non ex recto fine procedant; quanto magis illud idem de moralibus & liberis christianorum operibus in mente S. Augustini intelligendum est.

Censura. Falso vigesimam sextam Baij propositionem sancto Augustino imponit, falso etiam docet, omnia christianorum opera, quæ libere fiunt, & ex charitate non veniunt, peccata proprie dicta esse, alioqui in omnibus suis actibus peccator peccabit juxta quadragesimam Baij propositionem.

VIII. Iniquitas & peccatum est, si vel minime ex nostris actionibus, quæ ex deliberata ratione procedunt, ad Deum non referatur.

Censura. Falso docet, minimam fidelium actionem, quæ ex deliberata ratione procedit, peccatum esse, nisi actu referatur ad Deum.

IX. Fides & spes non sunt aliud, nisi amor Dei, voluntas credendi, quæ fides dicitur, est etiam charitas & amor Dei,

Sæc. XVII. Dei, quia incipit & crescit justificatio,
A. C. 1676. secundum quod vel inchoatur, vel per-
 fitur charitas, ergo cum fides nulla
 sit absque charitate, fides ipsa chari-
 tas est.

Censura. Contra Ecclesiæ fidem &
 contra Concil. Trident. doctrinam Sess. 6.
 cap. 15. & Can. 28. docet charitatem
 esse fidem & spem; fidemque nullam
 ac spem nullam ex charitate; falsoque
 docet justificationem impii non inchoari
 nisi a charitate; cum Concilium Trident.
 Sess. 6. cap. 6. dicat justificationem in-
 cipi a charitate, continuari timore ge-
 hennæ, provehi spe, qui tres actus
 charitatem inchoatam præcedunt.

X. Licet etiam occidere sese directe,
 modo id fiat ex Divina revelatione.

Censura. Hæc propositio periculosa
 est, ac temeraria, cum cuilibet relin-
 quat iudicium de revelatione sibi facta.

§. XXXI.

*Alextensis Episcopi literæ circa Regu-
 larium extensionem.*

Quamvis Nicolaus Pavillonius Ale-
 ctensis Episcopus haud obscure
 prospiceret, plerosque ex Metropolita-
 nis, aliisque Franciæ Præsulibus avi-
 dius